DECRETUM

Die Sabbati 26. Martii MDCCCXXV.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, ac Reverendissimorum S. Romanae Ecclesiae Cardinalium a SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONE PAPA DUODECIMO, *sanctaque Sede Apostolica Indici Librorum pravae Doctrinae, eorumdemque proscriptioni, expurgationi, ac permissioni in Universa Christiana Republica Praepositorum, et Delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano, damnavit, et damnat, proscripsit, proscribitque, vel alias damnata, atque proscripta in Indicem Librorum prohibitorum referri mandavit, et mandat Opera, quae sequuntur:*

Storia d'Italia dal 1789. al 1814. scritta da Carlo Botta. *donec corrigatur - Decr.* 26. *Martii* 1825.

Teoria de las Cortes o grandes juntas nacionales de los reinos de Leon y Castilla Monumentos de su constitucion politica y de la Soberania del Pueblo ... por el Ciudadano Don Francisco Martinez Marina, Canonigo ec. *Decr. eod.*

Ensayo Historico-Critico sobre la antigua legislacion y principales cuerpos legales de los Reynos de Leone y castilla, e specialmente sobre el codigo de D. Alonso el Sabio conocigo con el nombre de las siete partidas, por el Doctor Don Francisco Martinez Marina Canonigo ec. *Decr. eod.*

Dictmen de la comision eclesiastica encargada del arreglo definitivo del clero de Espana impreso de orden de las cortes *Decr. eod.*

Vita, e Pontificato di Leone X. di Guglielmo Roscoe. *Idem Opus* tradotto, e corredato di annotazioni, e di alcuni documenti inediti del Conte Cav. Luigi Bossi Milanese. *Decr. eod.*

Della cognizione, intelligenza, e raziocinio degli animali bruti. *Decr. eod.*

Apologia o Cattolici, e liberi sentimenti di Giuseppe Loreta Parroco di S. Maria in Caoeloseo di Ravenna. *Dec. eod.*

Nouveau spectacle de la nature . . . . por A. T. Chevignard. *Decr. eod.*

Exposition des predictions et des promesses faites a l'Eglise pour les derniers temps de la gentilitè par le P. Lambert. *Decr. eod.*

Observaciones pacificas sobre la Potestad Ecclesiastica dadas a lux por D. Macario Padua Melato *cum appendicibus prima, secunda, et tertia, Decr. 6. Septembris* 1824. *et Decr. eod.*

Novità del Papismo comprovata colla ragione la scrittura, ed il senso comune, ovvero discorso dirizzato ai Fedeli di ogni comunione, nel quale dimostrasi di aver la Religione Protestante esistito pria di Lutero, e che sia quella stessa promulgata da Cristo, e da suoi Apostoli. *Decr. eod.*

Il Servo moro, racconto autentico, ed interessante diviso in tre parti *Decr. eod.*

Dialogo fra due Marinari dopo una tempesta. *Decr. eod.*

ΟΒΙΟΣΑΙ Η ΜΑΡΤΥΡΙΑ ΤΟΥ͂ ʼΑΙΓΊΟΥ Ι Ω ΑΝΝΟΥ ΤΟΥ͂ ΒΑΠΤΙΣΤΟΥ͂ latine vero - *Vita et Passio S. Joannis Baptistae. Decr. eod.*

Instruzione sopra la verità, e i vantaggi della Religione Cristiana *Dec. eod.*

La langne hebraique restituèe, et la veritable sense des mots hebreux retabli, et prouvè par leur analyse radicale par Fabre d'Olivet. *Decr. eod.*

Historia completa das Inquisicoes de Italia, Hespanha, e Portugal. *Decr. eod.*

Itaque nemo cujuscumque gradus, et conditionis praedicta Opera damnata,

atque proscripta, quocumque loco, et quocumque idiomate, aut in posterum edere, aut edita legere, vel retinere audeat: sed Locorum Ordinariis, aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur, sub poenis in Indice Librorum vetitorum indictis.

Quibus SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO LEONI PAPAE DUODECIMO, per me infrascriptum Secretarium relatis, SANCTITAS SUA Decretum probavit, et promulgari praecepit.

Insuper SANCTITAS SUA mandavit in memoriam revocanda esse Universis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque in Ecclesiarum regimen praepositis, ea, quae in regulis Indicis Sacrosanctae Synodi Tridentinae jussu editis, atque in Observationibus, Instsuctione, Additione, et generalibus Decretis Summorum Pontificum Clementis VIII. Alexandri VII. et Bened. XIV. auctoritate ad pravos libros proscribendos abolendosque Indici Librorum prohibitorum praeposita sunt, ut nimirum, quia prorsus impossibile est Libros omnes noxios incessanter prodeuntes in Indicem referre, propria auctoritate illos e manibus Fidelium evellere studeant, ac per Eos ipsimet fideles edoceantar quod pabuli genus sibi sa-

lutare, *quod noxium ac mortiferum ducere debeant*, *ne ulla in eo suscipiendo capiantur specie ac pervertantur illecebra.*

In quorum fidem etc. Datum Romae die 18. *Aprilis* 1825.

F. X. Card. Castillioneus Praef.

Loco ✝ Sigilli

Fr. Alexander Angelicus Bardani Ord. Praed. Sac. Congr. Secretarius.

Die 26. *Aprilis* 1825. *supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad S. Mariae super Minervam, Basilicae Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, Curiae Innocentianae valvas, et in aliis locis solitis Urbis per me Josephum Cherubini Apost. Curs.*

Romae ex Typographia Rev. Cam. Apost. 1825.